primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, litigare, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satis facere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesen, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusd Terminos, semper peremptorios, vera Infirmitate pro maiori, minorennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta adeuctorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem Ulteriorem proximos officij praefati Castrensis Capitan Praemislien Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris praescriptione Terrestri, bello, conventioneq, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alioquovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Swiechowska Rybinskie Quiett.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesen Castren Capitan Praemislien Nobilis Euphrosina Swiechowska olim Nobilis Andreae Wolski Consortis derelicta Vidua, sana mente et corpore existens, a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et Competen recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus, bonisq suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipsa Generosum Mathiam Rybinski de Scripto certo manuali per praenominatum Generosum Mathiam Rybinski in rem et manus sui Recognoscentis ratione certarum rerum et conditionum in eodem Scripto contentorum de actu et data eiusdem hic Praemisliae feria

secunda

secunda post Dominicam Iubilate proxima anno præsenti dato et conscripto, manu eiusdem Gnosi Mathiæ Rybinski subscripto, actis præsentibus cum Interpositione Vadij Duorum Millium florenorum polonicalium roborato, nec non de eadem Inscriptione Castrensi Capitaneali Præmisliensi roboratoria, atq summa præfata Duorum Millium florenorum Polonicalium ob præstitam sibi in præmissis satisfactionem, Quietat, emittit, dimittit, liberumq et absolutum perpetuo pronunciat, Scriptum præfatum et Inscriptionem eius Roboratoriam in toto et per omnia cassat, mortificat, et annihilat, perpetuum sibi in præmissis imponendo silentium, Hac sua Quietatione ad ipsa mediante.

Swiechowska Vicecapitaneum Loci præsentis Quietat

Coram Gnoso Adamo Ioanne Porski Camerario Granichali Terræ Præmisliensis in Locum infrascripti Gnosi Ioannis Stawski Pocillatoris Terræ Leopoliensis Vicecapitanei Loci præsentis Subdelegato, munus hoc subdelegationis in se Bonaq sua generaliter omnia Stro, libere, et benevole consumente officioq et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Comparens personaliter Nobilis Euphrosina Swiechowska olim Nobilis Andreæ Wolski Consortis derelicta Vidua, sana mente et corpore existens, à Terris, Dicitoq Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, seum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipsa Gnosum Dominum Ioannem Stawski, Pocillatorem Terræ Leopoliensis Vicecapitaneum Loci præsentis de Scripto certo manuali, per prænominatum Gnosum Pocillatorem Leopoliensem, in rem et manus suæ Regestis ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto contentarum de actu et data eiusdem scripti hic Præmisliæ sabbatho, post Diem Cinerum proximo Anno Millesimo Sexcentesimo